

tis, sed transire ad hæredes donec revoceatur. Habetur utrumque l. 12. §. 1. eod. [Pecario rogatio & ad hæredem ejus qui concessit, transit; ad hæredem autem ejus qui pecario rogavit, non transire, quippe ipsi tantum, non etiam hæredi concessa postficio est.] Idem habetur c. fin. de precariis. Quia immo etiam ad successores singulares extenditur in lege 8. §. 1. & 2. eod. [Quod à Titio pecario quis rogavit, id etiam ab hæredes ejus pecario habere videtur, coque iure utinam. Ergo & à cæsis successoribus habere quis pecario videtur. Idem & Labeo probat, & adjicit, etiam si ignoret quis hæredem, tamen videri eum ab hæredi pecario habere. Illud tamen videamus, quale sit, si à me pecario rogaveris, & ego eam rem alienavero, an precarium dureret ad alium translata. Et magis est, si ille non revocet, posse interdicere, quia ab illo pecario habeas, non quia à me: & si paucus est aliquis tempore à se habere pecario, rectè interdicet, quia à se pecario habeas.] Itaque ex parte concedentis non finitur pecariis ipsa morte, sed revocatione, vel ab ipso concedente, vel à successore facta, quando absque temporis designatione conceditur. Aliud esset, si adiiceretur limitatio qua ad voluntatem determinatam concedentis alligaret, v. g. dicendo: possideas quamdiu mihi placuerit. Tunc enim ex communī doctrīna, quam retulit Tr. i. de Legibus, censeretur concessio limitata ad vitam ipsius concedentis, casu quo nunquam revocet: quia post vitam nullum amplius habet placitum, & si deficit conditio adjecta, etiam absque omniā ēē contraria & revocatoria. Ita habetur l. 4. ff. locati. Locatio, Pecariis rogatio ita facta: quod is qui eam locat, dediceret vellet: morte ejus, qui locavit, tollitur. Idem habetur c. 5. de Rescript. in 6. quod alibi retulit.]

DUBITATUR 6. Quānam actio competat concedentis contra rogantem, quā res concessa repeti possit. §. Imprimis competere interdictum Restitutorium de pecariis. l. 2. ff. b. t. Ait Prator. [Quod pecario ab illo habes, aut dolo male fecisti ut definies habere quā de re agitur: id illi restituas.] Deinde etiam competit actio praescriptis verbis, ut ibid. habetur §. 2. [Itaque cum quod pecario rogatum est, non solum hoc interdicto uti possimus, sed etiam praescriptis verbis actione, quia ex bona fide procedit.]

Objici posset, ex hoc sequi, quod pecarium sit Contractus; quod tamen suprà negatum est. Sequela probatur. Quia actio praescriptis verbis datur ex Contractibus innominatis. Responder Hunnius, Constitutiones de Pecario dare actionem Praescriptis verbis ex bono & aquo potius, quam ex negotio & contractu, ut indicatur in dicto §. propero similitudinem cum commodato. Nam ceteroquin ex Pecario nulla civilis actio nascitur, ut habetur l. 14. b. t. [Interdictum de

Pecariis merito introductum est, quia nulla eo nomine Iuris civilis actio esset, magis enim ad donationes, & beneficia, quam ad negotii contracti spectat pecarii conditione.] Ex quo textu suprà dixi, probari non esse contractum.

Contra hoc ipsum tamen objici posset ex l. 23. ff. de R. I. ubi Precarium vocatur contractus. §. 2. Tamen, ibi in larga significatione sumi nomen Contractus, complectendo ea etiam, quia similitudinem habent cum contractibus, unde etiam quasi contractus negotiorum gestorum ibi enumernatur.

Advento hic, postea dari casum, quo Pecarium absque omni revocatione tam Iudiciale, quam extrajudiciali finiatur: nempe quando debitor à creditore accipit pignus pecarii, deinde vero debitor solvit, cessat precarium, ut habetur l. 11. ff. b. t. Si debitor rem pignoram pecarii rogaverit, soluta pecunia Precarium solvit, quia id datum est, ut si quis eo Pecariis teneat.

773. Reflat breviter aliquid dicendum de Contractu Pecariæ, luce Civili incognito, sed Iure Canonico introducto. Sunt autem Pecariæ, quando aliiquid conceditur, vel in perpetuum, vel ad vitam accipientis, aut ad tempus certum, seu breve seu longum, & differt à Pecario Civili, quod ante illud tempus non possit revocari, si fuerit rationabiliter concessum: secundū, si irrationabiliter, nam tunc successor non solum potest, sed ratione officii tenetur revocare. c. b. t. [De Pecariis irrationabiliter factis à Rectoribus Ecclesiasticis se subiisque successores penā gravi obligantibus, ut facta ipsorum dissolvete nequeant: præcūpis, ut nemo successor antecessoris sui penā sit obligatus, sed suę providentia se concessum, ut si antecessor ejus res Ecclesie irrationabiliter distribuit, ab eo ad illos ejusdem Ecclesie revocentur.]

Modus autem constitutendi Pecariam est varius, ut ex variis Canonibus advertit P. Molina d. 298. n. 21. aliquando conceditur pro certa annua pensione in perpetuum, vel ad vitam, vel ad decennium aut ultra, & tunc non differt ab Emphyreus, ut dixi tract. 9. in fine. Aliquando ad minus tempus decennio, & tunc non differt à locatione. Aliquando conceditur quod usum fructum pro aliis possessionibus ab accipiente dandis saltē post mortem. Aliquando omnino gratis, vel propter merita, vel intuitu pauperis, &c. Vocant autem Pecariæ, non obstante quod coincidant cum aliis Contractibus, quia solent concedi ad preces accipientium. Hujusmodi modus describitur c. 2. causa 10. q. 2. in fine. [Si Oeconomus Ecclesie proficeret expedire, ut desiderant cuiquam certarum possessionum atque pradiorum (urbanorum scilicet, sive ruris) ad Ius Ecclesiasticum pertinientium, temporalis ususfructus possesso pro ipsius petitione præstetur, tunc ejus temporis quod in-

ter

## Contr. I. Quid sit Depositum.

ter utrosque convenerit, sive in diem vita sua ab eo qui desiderat, postealetur, pacta cum eo qui hoc elegerit, in ea Oeconomus, arius conscribat, per qua & tempus, intra quod hoc præstat placuerit, statuat, & mansuetum sit, quod quis que accepit ad invicem.]

Illud etiam in his Pecariis constitutum est, ut de Quinquennio in Quinquennium renoveretur: non quidem ut de novo celebretur contractus, quidquid dixerit glossa: sed eo fine, ut ex eius Contractus facti memoria. Porro, huiusmodi Pecariæ solet apponi clausula, ut acci-



## CAPVT VIII.

DE

### CONTRACTV DEPOSITI,

ET

### SEQUESTRO.

### CONTROVERSIĀ I.

#### Quā sit Definitio, ac Natura Depositū.

#### SUMMARIUM.

V. Aris acceptiones Depositū. 774.  
Depositū definitio. 775.

Quid si in contractu appositum sit rempus & terminus, quo Depositarius rem custodiat, an intra hoc tempus repetendi restituantur. 776.

Intellectus legis 1. §. 22. ff. Depositū. eod.

An sit contra naturam depositū pacium in favorem depositarii. 777.

An accepta facultate utendi, possit restitutio denegari usque ad adventum diei. 778.

An non facta expressa facultate utendi, graviter peccetur utendo. 779.

An maneat contractus Depositū in re fungibili cum translatione dominii, sed reservata potestate revertendi ad libitum. 780.

An in tali contractu effet locus exceptione d: non numerata pecunia. 781.

Christ. Haun. de Iust. Tom. IV.

Intellectus legis 26. §. fin. ff. Depositū. 782. & seq.

An si Depositarius in casu conclusionis, si effit in mora, teneatur ad iuras. 784.

Intellectus legis 24. ff. Mandati. eod.

An si depositus rem fungibilem dei facultatem utendi, nolit tamen esse mutuum, transferatur dominium. 785.

Disparitas inter Mandatum & Depositū. 786.

Conciliatio legis 34. ff. Mandati. & legis 15. ff. de rebus credit. eod.

774. De hoc Contractu est in Digestis titul. 3. lib. 15. & in Codice tit. 34. lib. 4. in Instit. §. 3. I. Quib. mod. re contr. oblig. Porro vox Depositū aliquando imitetur pro re ipsa deposita. & ita delibetur ab Vipiano in l. i. pr. ff. b. t. dom. ait. Depositū est, quod custodiendum alicui datum est. Hoc loco accipitur pro ipso Contrac-

clusus

ctu, quo Deponenti Iusacquiritur. Deponen-  
ti, in quam, cuius solius utilitatem spectat, nul-  
lum autem Iusacquiritur (nisi per accidens) De-  
positario: ne quidem Ius possidendi. Vnde si  
res deposita pervenient ad hæredem, ignarum, esse  
depositum, etiam si pater, rem illam esse hæreditati-  
arium, adeoque esse suam, hac tamen ignoran-  
tia non est sufficiens, ut inde nascatur animus ille  
possidendi, qui requiritur ad prescriptionem:  
et ideo talis res ab hæredi ne quidem longissimo  
tempore prescribitur: Ratio est, quia hæres, quæ  
hæres habet primariò & implicitè illum animum  
tenendi, quem habuit defunctus, quem representat:  
atqui iste non detinuit rem animo ha-  
bendi sibi. Imò etiam si voluerit defunctus,  
& veler hæres tenere rem suam, non propter ea  
fieri posset, quia solo animo nemo potest sibi  
mutare causam possessionis, ut suo loco dictum  
est: debet ergo aliquisactus intervenire, quo  
interveneretur possessor deponentis: & hoc sibi  
vult lex cum hæres, ff. de diversis & temporalibus, pre-  
script. [Cum hæres in Ius omne defuncti succedit, ignorantia sua vita defundi non excludit:  
veluti cum sciens alienum, vel precari posse:  
dit: & ideo licet precariam ignorans usucare  
non potest.] Sed de hoc suo loco actum est  
tract. 5, cap. 2. contr. 3, à. 25. ubi contrariam  
sententiam etiam probabilem esse ostendit. Nunc  
ad definitionem Depositi, ut est Contractus.

775. **Depositum** accuratè definitur ab  
Harrprecht: [Contractus re initus, nominatus,  
Iurisagentium, bona fide: quo res gratis custo-  
diantur alicui traditum, ex fine, ut eadem illa in  
specie (Philosophicè, in individuo) quandocun-  
que deponenti libuerit, restituatur.]

Quamvis autem particula *Gratis* in definitione Ulpiani non reperiatur, ea tamen subintel-  
ligenda est, alioquin transibit vel in Contractum Locationis, vel *ut fas*: prout habetur  
in §. 9. l. 1. ff. h. t. [Si quis servum custodiendum  
concerterit forte in pistrinum, si quidem  
meces intervenient custodis, puto esse actionem  
adversus pistrinarium ex conducto. Si vero mer-  
cedem accipiebat ego pro hoc servo, quem in  
pistrinum accipiebat, ex locato me agere posse:  
quid si opere eius servi cum custodia penabu-  
tur, quasi genus locati & conducti intervenient;  
sed quia pecunia non datur, præscriptis verbis  
datu actione: si vero NB. nihil aliud, quam ciba-  
ria præstabant, nec de operis quidquam convenit,  
Depositus actio est.]

Quod in Definitione dicitur, rem deposi-  
tam esse restituendam, quandocunque deponenti li-  
buerit: est intelligendum per se loquendo. nam  
per accidens posset fieri, ut non sit obligatio re-  
stituendi petenti, v.g. gladium depositum illi,  
qui molitur homicidium, utrum autem ob-  
penas: est controversum, de quo infra.

776. **DUBITATUR** 1. Quid si in  
ipso contractu appossum sit tempus & terminus,

ut Depositarius, v. g. per tres continuos annos  
custodiat: queritur, inquam, an intra hoc tem-  
pus repetenti restituendum sit depositum. *q. A.*  
Affirmative. & habetur expressè l. 1. §. 45. & seq.  
ff. h. t. [Si deposito apud te, ut post mortem  
tuam reddas; & tecum, & cum hærede tuo pos-  
sum depositi agere: possum enim mutare voluntate,  
& ante mortem tuam depositum repe-  
tere.] Ratio est, quia cum iste contractus unicè  
spectre commodum deponentis, terminus illi  
non adiungitur in praedictum deponentis, sed ad  
definiendam obligationem alterius: quasi dictum  
est: *teneatis ad tres annos non ultra custodiare, nisi*  
*prius revocavero.*

Objici solet ex lege l. 22. ff. h. t. ubi IC.  
Ulpianus agnoscit, posse deposito apponi condi-  
tionem, quæ non impliā non tenetur deposita-  
rius tem restituere. [Est autem apud Iulianum  
scriptum, cum qui rem depositum, statim posse  
depositi actione agere: hoc enim ipso dolo face-  
re eum, qui suscepit, quid reponscit non red-  
dit NB. Marcellus autem air, non semper videri  
posse dolo facere eum, qui reponscit non reddit,  
quid enim si in Provincia res sit, vel in horris,  
quorum apteriodum condemnationis tempo-  
re non sit facultas: vel NB. conditio depositio-  
nis non existit:] Ex quibus ultimis verbis in-  
ferri posse videtur, non esse de essentia depositi,  
ut debeat reddi ad libitum repotens, quia po-  
test apponi conditio, quæ non impliā non ten-  
etur depositarius reddere depositum. Ergo etiam  
potest adjici dies, ante quem non sit obligatus  
reddere.

Respondeo post alios Interpretes Treutle-  
rus th. 1. lit. G. & cum eo Hunnius, hunc §. esse  
intelligendum nona de quoconque deposito, sed  
de sequestro: id est autem sequestro dies & con-  
ditio adjici potest, quia dies aquæ conditio, etiam  
non profici sequestro, sive depositario,  
prosunt tamen alteri litiganti, cuius interest, ad-  
versario non protinus restituiri rem sequestratum.

Hæc responsio semper mihi visa est mer-  
divinaria, cum neque in textu relato, neque in  
toto contextu illa sit mentio sequestrum.

Alli aliter voluerunt intelligere texum de  
conditione vel die adjecit, suspidente ipsam  
obligationem & valorem contractus. Sed hæc  
interpretatio est texum contraria, in quo est ap-  
tersus finis de contractu jam absolute celebrato.

777. Ad objectionem ergo respondeo, non  
esse contra naturam hujus contractus, quod per  
accidens, & ex conventione parium possit adjici  
pactum in commodum depositarii, quo ponatur  
certa conditio, ante cujus impletionem non ten-  
etur restituere depositum: est enim regula genera-  
lis, quod in contractibus, præterim bona fide,  
pacta adjecit sunt servanda, & quod contractus à  
conventione legem accipiunt, ut sapienter dicimus.

Et ideo posset depositarius ex dicto ad-

dicto obligari amplius, quam preciè ex natura  
contractus obligaretur (hoc est ad solam culpam  
laçam) ut habetur l. 1. §. 35. ff. h. t. ita: si poterit  
adjici pactum, ut v. g. non tenetur restituere  
depositum, nisi prius sibi solvantur expensæ  
factæ in rei depositæ conservationem, vel nisi  
prius sibi solvantur aliud debitum, &c. quod uti-  
que assert depositario aliquam utilitatem, quæ si  
sicut insinuat deponens ad materandam solu-  
tionem. Fallum ergo est, quod in deposito nulla  
conditio apponit in commodum depositarii  
obligationem restituendi suspendere, prout  
vulgo supponatur, sed maledicentiam adverterit Ar-  
noldus Rath th. 12. cap. 1. lit. e. & f. De tali ergo  
conditione loquitur §. 22. objectus. & ideo  
ad ejus veritatem defendendum nulla est necessitas  
recurrentia ad Sequentem.

778. **DUBITATUR** 2. Si depositum  
non solum est ad certum tempus contra-  
ctum, verum etiam data est depositario facultas  
utendi re deposita, in tali calo possit depositarius  
repotens denegare restituendum utique ad ad-  
ventum diei ad quem depositum fuit extensus. Ratio  
dubitandi & affirmandi est: quia facultas  
utendi est utique concessa in favorem & com-  
modum depositarii: ergo hoc jus non potest il-  
li invito auferri.

Respondeo, hoc totum pendere ex mente  
contraheam, quo sensu scilicet illa facultas uti-  
endi fuerit concessa. Si enim deponens voluit  
absolutè obligari ad non prævertendum tanti  
temporis usum, tunc si hoc preciè in utilitatem  
depositarii fieret, habaret contractus natum  
commodati, vel aliquando etiam mutui, ut patet  
ex alibi dictis. Quod si usus concedetur  
pro ipsa custodia, possit habere naturam contra-  
ctus innominati: *Facio ut fas*: hoc est: facio  
tibi copiam utendi, ut tu custodias. Ceterum  
nulla est repugnancia, quomodo possit etiam  
esse contractus depositi, si nempe illa facultas  
fieret per modum precari; & nisi aliud ex-  
primetur, ita presumetur facta, ut scilicet  
tam illi possit uti, quamdiu ipsum depositum  
non revocetur: v. g. si quis libros apud aliquem  
deponeret, & interim usum permitteret.

779. **DUBITATUR** 3. Si facultas  
utendi non est expressè concessa depositario,  
an graviter peccaret utendi re deposita. Ad hoc  
respondendum est ex principiis alibi traditis, &  
ex communis Theologorum sententiis, non pec-  
catur, si bona fide putaret, non esse in utrum  
deponentem, quomodo utatur. Et hoc nullam  
potest habere difficultatem, quando talis usus  
nihil penitus praedictum afficeret deponenti, eo  
quod res deposita non redderetur deterior, nec  
exponeretur pericula perderi, &c. tunc enim  
est deponens irrationabiliter inutus. In alius  
veò, ubi forte posset esse in virus, aliquando ta-  
men ex circumstantiis potest depositarius ratio-

Chrif. Haun. de Jus. Tom. IV.

nabiliter presumere, ipsum non esse in utrum, v.  
g. in usu librorum depositorum, tunc utendo  
non peccaret, excusante cum bonâ fide, etiam si  
forte à parte rei falleretur, quia fortè dominus nō  
concessisset usum nisi pro pretio: & tunc, si inde  
locupletior factus esset, teneretur deponere sol-  
vere pretium usus, ut adnotavit Lugo n. 4 in fi-  
ne, qui etiam cum Molina & aliis docet, non pec-  
catur, si utetur re deposita, quæ ipso usu  
consumitur, v. g. frumento, si moraliter cer-  
tus est, si posse æquè bonum habere in  
promptu, quandocunque depositum repete-  
tur.

780. **DICO** tamen talem contractum  
principalium habere rationem depositi, quæ  
quis habet aliquod admixtum de mutuo, quare-  
nus transiret dominium rei tradita, & si res pere-  
at, depositario pereat, plus tamen habet de natu-  
ra depositi: nam de mutui conceptu est, ut fiat  
unicè in gratiam mutuatarum; atqui in casu positio  
non sit in gratiam depositarii, sed potius deponen-  
tis, qui suum commodum querit, ut patet:  
huic enim depositarii primariò præstat benefi-  
cium, esto per accidens possit inde aliquod emolu-  
mentum conquefi, v. g. negotiando. Deinde  
mutuum non potest mutuans ad libitum re-  
petere, ut suo loco dictum. In hoc autem con-  
tractu ponimus quod vi conventionis possit ad  
libitum repeteare.

Denique, in mutuo propriè dicto locum  
habet compensatio pro alio debito: at vero in  
tali deposito non haberet locum compensatio, ut  
in genere de deposito certum est, & constabit ex  
dicendis. Ergo plus participat de deposito quæ-  
cum mutuo.

Et quamvis P. Molina d. 523. n. 2. velit  
hunc contractum esse mixtum ex mutuo & depo-  
sito, debet tamen hæc mixtio non impedi, quin  
simpliciter ad unam speciem præ alia referatur,  
sicut Theologi voluntarium mixtum cum In-  
voluntario dicunt esse simpliciter voluntaria.

781. Hinc ergo insert recte P. Molina &  
Arnoldus Rath, contra citatos DD. in tali contra-  
cta non futurum locum exceptioni de non nu-  
merata

merata pecunia. Hæc enim conceditur in favorem mutuarii, qui necessitate adstriclus, & obtinendi mutui cupiditate iudicatur, ut precipientes scribar Apocham de pecunia mutua sibi numerata, antequam numerarent: quod sicut de depositario, cuius nulla est (ut ponitur) necessitas, & qui non petat pecuniam, apud se depositum, sed potius a deponente rogatur, præsumi prudenter non posset. Et videtur hæc illatio conformis legi 14. §. 1. C. de non numer. pec. ibi. [I]deo fuscum, instrumento quidem depositum est certatum rerum, vel certa pecunia, securitatibusq; publicatum functionam, sive in solidum, sive ex parte soluta esse contribuantur, illis etiam securitatibus, quæ post confessionem doctalium instrumentorum de soluta dote ex parte vel in solidum exponuntur. NB. nullam exceptionem non numerata pecunia penitus apponi.]

784. Videtur mihi hoc ipsum confirmari posse ex casu qui habetur in leg. 26. §. fin. ff. b. t. Casus est hujusmodi. Titius quasi depositarius scriptit Sempronio quasi deponenti epistolam hoc tenore. [Titius Sempronio salutem. Habere me à vobis aucti pondro plus minus decem, & discos duos, faciem signatum, ex quibus debetis mihi decem: item ex ratione partis vestri. 10. & quod excutit.] uno verbo. Fatur scriptio, apud se esse deposita v. g. 1000. Sed simul asserit, sibi debet. 10. queritur a IC. [An ex hujusmodi scriptura aliqua obligatio nata sit, scilicet quod ad solam pecunia causam attinet] ponimus autem, quod revera nullum depositum acciperit Titius a Sempronio. Respondeat IC. [ex epistola obligationem quidem nullam natam videri, sed NB. probacionem depositarum rerum impleri posse.] Ergo tali non concedente exceptio non numerata pecunia: Ergo nec in nostro casu: quia est eadem ratio.

785. Est tamen consideratione dignum (quamvis hoc non specket) quod in illo responsu statim additum Confutatur. [An auctor is quoque quidem debet sibi cavar in eadem epistola decem, probate posse hoc quod scripsit, judicem estimaturum.] Hinc ergo quæstio nascitur, an sicut Sempronius fas est ex data epistola probare depositum factam, ita etiam econtra. Tatio fas sit ex eadem probare, sibi debet 10. vel an Sempronius posse epistolam approbare, & cùm quantum sibi possit, reprobare autem, in quantum inde præjudicium patitur: & hoc videtur à ICto supponi: quod tamen posse aliquid durum & ab omnium videri. Videatur enim manifeste iniquum esse, quod eadem scriptura diverso jure censetur, & ab una eadem persona, in quantum sibi faciat, approbat, in quantum autem sibi nocet, reprobabit, ut constabit ex dendis de testamento. Hoc tamen non obstante sentiendum est cum responsu IC. posse hoc fieri in dato casu. Ratiocinem dat Arnoldus Rath c. 1. th. 15. lit. C.

quod nemo in re sua & ad suam utilitatem, restituendis idoneus esse posset, bene tamen contrafere creditur. Sed ut dixi hæc aliò spectant.

784. Infertur ex conclusione posita 2. quod hujusmodi depositarius, si esset in mora restituendi, tenetur ad uleras solvendas pro tempore mora, prout universum de depositario constitutum est: atqui in mutuo hoc non est verum, nisi usura fuerint in stipulationem deduxerat. Et hoc disserunt fundatur in eo, quod mutuum sit stricti juris, depositum vero bona fidei, ut supponitur in lego 24. ff. b. t. Huc facit leg. 25. §. 1. ff. b. t. ubi dicitur. [Qui pecuniam apud se non obsignatam, ut tantundem redditer, depositum, ad ulus proprios convertit: post moram in usuras quoque iudicio depositi condemnandus est.] Et ita etiam sentit Hunnius var. resol. n. 3. p. 4. q. 2. & VVutmerus contr. 16.

Contra conclusionem ipsam objici posset exl. 24. ff. b. t. ubi dicitur: talem contractum non terminos depositi egredi. Atqui egredi terminos aliqui sibi, non est esse intra illos terminos: ergo talis contractus non manet depositum. Respondent interpres coram munib; ex ea quod IC. dicat, egredi notissimos terminos depositi, plus non velle, quam quod non servet priam rationem depositi, sed participem aliquid de mutuo. Ego tamen ingenuè facio, mihi textum videri plus velle, vel a minimum rem non satis apte resolvere, sed quasi in dubio relinquere, & ideo ab aliis textus claros dicendum esse, quod retineat rationem depositi. Textus ita habet. [Nam si, ut tantundem solveretur convenient, egreditur ea res depositi notissimos terminos: in qua questione NB. si depositi actio non tenet, cum convenit, tantundem non idem reddi, rationem usuram haberi non faciliter dicendum est.] Atqui si maneret depositum, esset utique ratio habenda usurarum post moram: ergo IC. ad minimum debitarib; at maneret depositum. Et forte ibid dubiè tespondit, quia, ut supra in simili dixi, tota res pendet ex mente contrahentium, an voluntier celebrare mutuum, an depositum. Et quod quandoque velint mutuum contrahere, supponitur in lego 31. ff. locati. ubi dicitur, in creditum iri, quando quis pecuniam numeratam tradit, ita ut accipiens tantundem redire tenetur. Breviter, puto id colligendum ex modo contrahendi, an principaliter in favorem accipientis, & erit mutuum, an verò in favorem deponentis, & erit depositum.

785. DUBITATUR 4. Vtrum, si deponens res fungibilis de facultatem tali re urendi, & quod velit contentus esse, si tantundem restituiratur, nolit tamen contractum mutui celebrare, an in tali casu dominium rei tradita & deposita statim transferatur in depositarium; vel tunc primum, quando depositarius acceptat ipsa

facto hanc facultatem, & illam rem utendo confundit. Hoc posterius omnino dicendum videatur cum P. Molina & aliis. Quare tandem periculum interius est depositoris tanquam adhuc domini, quamdiu depositarius illam rem non usurpat, & absunit. Colligitur ex lege 10. ff. de reb. cred. [Quodsi (inquit Vlpianus) ab interiori, cum deponerem, uti tibi, si voles, permisero: creditam non esse, antequam mota sit: quoniam debitus tibi non est certum.] Sensus est: non esse certum, quod depositarius consentiar in facultatem utendi, volendo eam licentiam redigere in actu, quia potest velle in natura & obligacione depositi persistere.

Itaque potest quidem eatenus acceptare facultatem utendi, ut postea utendo non agat contra conventionem, sed tamen potest nolle esse dominus tandem, quamdiu non acte consumet, sed principi per ipsum motum & usum velle fieri dominus, & rem suo periculo habere.

Et allata lego, dum dicit: sibi initio, &c. per argumentum a contrario sensu, quod si non ab initio, sed ex post facto primum datur facultas utendi, inferri potest, depositum transformatum iri in mutuum: imo hoc asseritur in lege 9. precedente §. 9. [Depositui spud re decem: potest permisi tibi uti. Nerva, Proculus, etiam antequam moventur, condicere quasi mutua tibi haec posse, aijunt. Et est verum, animo enim caput possidere: ergo transit periculum ad eum, qui mutua rogavit, & poterit ei condici.]

Ratio di patitatis, quare, quando ab initio data est potest utendi, non transferatur dominium, sicut si postea detur, infinitum ultimus verbis legis: nempe quia depositarius à principio non rogavit sibi credi pecunias, sed potius rogarus est ab altero ut eas custodiret: at verò potest rogavit, voluit ergo habere ut mutuas, & in suum commodum.

786. Posset tamen contra hoc secundum objici à paritate mandati. Nam si mens procurator accepit ex mandato 1000. à meo debitore, & quos mihi debet actione mandati, etiam si ego antequam mihi solvam, illi velim illi mille esse credita, seu mutuata, non propterea transit mandatum in mutuum, neque actioni mandati suecedit actio ex mutuo. Ergo nec depositum transformari poterit in mutuan, quando postea conceditur facultas utendi. 16. Transeat antecedens, nego consequentem, & paritatem. Nam ideo in priore casu mandatum non potest transire in mutuum, quia de conceputi mutui est, ut pecunia mutua data fiat de mea tua. Atqui illa pecunia quam mihi debet mandatarius vigore mandati, nequid unquam fuit mea: ergo non possum in ea constituer mutuum. At verò in deposito resalter se habet, nam pecunia domi-

nium manerat apud deponentem, ut dictum est.

Dixi. Transeat antecedens. Nam circa illud sunt leges in luce adeo contraria, ut in illis conciliandi interpretari aliqui desperent. Et quidem pro antecedentis veritate stat aperte Africanius in lege 34. ff. mandati, ubi etiam inter mandatum & depositum claris terminis assignat eandem di paritatem, quam jam dedit lex ita habet. [Qui negotia Lucii Titii procurabat, is cum à debitoribus ejus pecuniam exigebat, epitolam ad eum emisit, quā significaret, certam summan ex administratione apud se esse: camque creditam sibi se debiturum cum usuris semiibus, quantum est, an ex ea causa credita pecunia peti posset, & an usura peti possint. Repondit (Africanus) non creditam: alioquin dicendum, ex omni contractu nudâ pactio pecuniam creditam fieri posse. Nec huic simile esse, quod si NB. pecuniam apud te depositum convenierit, ut creditam habeas, credita fiat: quia tunc nummi qui mei erant, qui sunt.] Huic è diametro contractum afferit Vlpianus in lege 15. ff. de rebus creditis. [Singulare quædam recepta sunt circa pecuniam creditam, nam si tibi debitorum meum jussero dare pecuniam, obligaris mihi, quamvis meos nummos non acceperis: quod igitur in duabus personis recipitur, hoc erit in eadem persona recipiendum est, ut N. B. cum ex causa mandati pecuniam eam debetas, & convenerit, ut crediti nomine eam retineas, videatur mihi data pecunia, & à me ad te profecta.]

Doctissimus Arnaldus Rath rejectis aliquo rūm conciliationibus th. 46. cap. 1. quamvis faciat, non male dicturum aliquem, illos ICtos probabilitibus in utramque partem rationibus militibus dissensisse, tamen ne in luce anynomiam admitteret, censuit, ita componi posse, ut Africanus locutus dicatur de ratione juris, & natura mutui attentā: Vlpianus verò voluntum ex quo & bono sustineri propera fictionem juris, quia brevi manu videtur pecunia ad mandatorem, & ab hoc ad mandatarium pervenire.

Existimo, nec sic omnem dissensionem tolli: nam Africanus ne quidem hanc æquitatem agnoscit in mandato, quam tamen agnoscit in pecunia à debitore exacta, que etiam nunquam fuit creditoris. Nam textui relato adjungit hæc formalia verba. [Item quod si à debito meo jussero te accipere pecuniam, credita sis. Id enim benignè receptum est.] Ecce! hic agnoscit aquum & bonum, & negat hot ipsum de mandato in priore casu. Nicolaus de Passeribus refert & rejectit octodecim conciliationes, & inter illas etiam hanc jam relatam, quam tribuit Cujacio, Molina, Iulio Pacio, Tretulero, Ant. Fabro, & aliis, ac tandem desperat. Plura dixi

in tr. 9. c. de Mino. Quòd hæc difficultas spe-  
ctat.

## CONTROVERSIA II.

## Quotuplex sit Depositum.

## SUMMARIUM.

Divisio Depositum in illud quod est Iuris, & quod  
est conventionalis seu facti. 787.

Subdivisio depositi conventionalis in voluntarium &  
necessarium. 788.

Divisio ejusdem in Depositum simpliciter, & seque-  
strum. 789.

Subdivisio Sequestri in voluntarium & necessarium.  
eod.

An Sequestrum necessarium sit species depositi tan-  
quam generis. 790.

Solvuntur argumenta contraria. 791. & seq.

787. Dividitur 1. In Depositum quod est  
Iuris, & Depositum quod est facti. De-  
positum iuris illud dicitur, quod vel ad sosten-  
dum usursum cursum, vel inducendum libera-  
tionis effectum apud Magistratum interponitur.  
De hac depositi specie loquitur Imperator Phi-  
lippos in lege 17. C. de Iuris. [Acceptam mu-  
tuum fortem cum usurvis licitis Creditoribus post  
contestationem offeras, scilicet non suscipiant, con-  
signaram in publico depone, ut curris legitimis  
usursum inhibeatur: quo subficto, etiam  
periculo debitor liberabitur, & Ius pignorum  
tolleatur: cum Serviana actio manifeste declareret,  
pignoris inhiberi persecutionem, vel solvitur pecu-  
nias, vel si per Creditorum steret, quo minus  
solvantur.] Ex quo textu constat, quod quando  
creditor recusat accipere oblatam à debitor  
solutionem, possit eam debitor apud Iudicem  
deponere (antiquitus etiam apud Ecclesiastam, ut  
in textu dicitur) & sic hister cursum usurrum, ac  
infusus creditorem subjiceret periculum interitus  
pecunia.

Depositum facti illud est, & dicitur, quod  
eo animo contrahitur, ut depositarius ad factum  
sive ad custodium obligetur; solebat conveni-  
tiale etiam appellari, & et illud, quod inter pri-  
vatos est consuetum ac familiare.

788. Depositum Conventionalis seu Facti  
subdividitur in voluntarium & necessarium. Per  
voluntarium intelligitur illud, quod contrahitur  
absque urgente presente necessitate, mox ex-  
plianda. Necessestis vero, ad quod inger in-  
stans necessitas & morale periculum rem perden-  
di, nisi deponatur in custodia aliquius, alioquin  
non depositari. Exempla hujus necessitatis  
habentur lege 1. §. 1. ff. h. t. Praetor ait, quod ne-  
que rumpit, neque incendit, neque ruine, neque nau-  
fragii causa depositum sit. &c. & §. 2. ponitur ipsa  
divisio. Merito has causas deponendi separavit

Prætor, que continent fortuitam causam depositionis  
ex necessitate descendenter, non ex voluntate profici-  
centem, & §. 3. ad depositum necessarium requiri-  
tur, ut non ex alia causa deponatur, quam ex  
necessitate.

Est autem diversus utriusque effectus. Nam  
qui voluntarium depositum perfide restituere re-  
cusat, & condemnatur solidum in simplem: qui ve-  
re necessarium, & condemnatur in duplum. Sic  
enim ait Praetor l. c. Ex earum autem rerum, que  
super comprehenduntur, in ipsam in duplex judicium  
dabo. Ratio indicatur §. 4. [Quippe cum quis  
fidem eligit (absque necessitate) nec depositum  
reditur, contentus esse debet simple, cum ve-  
ro exflante necessitate, deponat, crescit per-  
fidia crimen, & publica utilitas coercenda est,  
vindicando Reipublica causam. Et enim inutile  
in causa hujusmodi fidem frangere.] Vult di-  
cere Vlpianus: quod necessitatis ad depositio-  
nem, & majori commiseratione dignus, & ideo  
major in depositario perfidia, adeoque merito  
punienda condemnatione in duplex. Vnde, ut  
§. 2. relato habetur: si causa necessitatis non est  
adæquata, v.g. si quis profecturus Romanum ele-  
git Titum in depositarium rerum suarum: deinde  
repente oritur incendium, quo sit, ut credon-  
tes deponantur hoc momento, forte citius quam  
si non esset ortum, apud eundem Titum, si Ti-  
tus fidem non præstet, non condemnabatur in  
duplum.

789. Dividitur Depositum 2. In illud  
quod dicitur Sequestrum, & aliud, quod retinet  
nomen generis, & simpliciter Depositum dicitur:  
quod quidem sapienter sit, ut uni speciei nomen  
generis approparet, v.g. Adoprio est genus ad  
arrogationem, & adopriorem speciem sum-  
ptum: Cognatio est genus ad Agnationem, &  
Cognitionem speciem sumptum. Ille apud  
quem res sequestri, dicitur Sequester. l. 110. ff.  
de V.S. [Sequester dicitur, apud quem plures  
candentes rem, de qua controversia est, depositur-  
unt, & dictus ab eo, quod occurrerit, aut quasi se-  
quenti eos, qui contendunt, committuntur.] De  
Etymologia non est opera pretium multum  
contendere cum Alciato, qui eam petringit,  
dummodo rem ipsam tenemus.

Sequestrum subdividitur in Voluntarium &  
Necessarium, non eo sensu, quo Conventionalis  
Depositum divisum est, sed alio. Volunta-  
rium dicitur, quando litigantes mutuo consentia-  
elijunt aliquem, apud quem res litigiosa interim  
dum lis durat, deponatur, reddenda visori, li-  
te finita. Necessarium est, quando a iudice com-  
pelluntur, & coguntur rem deponere apud ali-  
quem tertium. De priore, h.e. voluntario, cer-  
tum est, quod sit species Depositum.

790. De Sequestro necessario dubitatum  
est, an sit species Depositum tanquam generis. Ne-  
gantur aliqui, inter quos Bocerius in §. 1. n. 67.  
Communior tamen sententia affirmit, & est con-

## Contr. III. De Sequestro.

formior modo loquendi, quem ipsi Iura obler-  
vant, dum in genere Sequestrum vocant depositum,  
& frequentissime dicuntur litigantes apud  
Sequestrem deponere, ut patet ex seqq. in id ipsa  
actione que contra sequestrem datur, vocabulum  
commune retinet, & dicitur Actio depositi seque-  
straria. l. 1. §. 2. ff. h. t. Cum sequestre recte aga-  
tur Depositum sequestraria actione, quam & in here-  
dem eius radi oportet. Si ergo Sequestrum in ge-  
nere est species Depositi, quavis sequestri species  
in quas subdividitur, etiam erit Depositum, nam  
quod convenienter speciei subalterna, convenienter  
etiam species infinita, ut Logici nōrunt. Verum  
optima communis sententia probatio est, quod  
nil ostendit possit, in quo deficit a Contractu  
Depositii.

791. Objicit ergo Bocerius 1. In Con-  
tractu quovis requiritur contentus, atque in se-  
questro necessario non requiritur consensus,  
quia etiam invitis litigatoriis res ex voluntate  
iudicis sequestratur. Ergo sequestrum non est  
contractus. 2. Negando minorem. Nam li-  
let à principio non consentiant, & sint inviti,  
quod Iudeus mandat sequestrum, postquam tam-  
en iudici parendum est, consentient, & contra-  
hant tacite, vel expresse cum sequestre, quem si-  
bi habent obligatum. Exemplum apterum est in  
Matrimonio: ad quod apè aliqui (ut deflorato-  
res) compelluntur metu Censuratum vel alio ad  
contraheendum, & tamen postea contraheant ve-  
re Matrimonium, habentque sufficiemtem con-  
sentum.

Objiciunt 2. Sequestri materia potest esse  
res immobilia, non item Depositi. Ergo seque-  
strum non est depositum. 3. Secundum mem-  
brum antecedens esse controversum, de quo di-  
cetur infra pro nunc distingue. Depositum quod  
omne speciem materia non potest esse immobi-  
lis, transcar ant. depositi quod unam speciem,  
negatur. Et est sane argumentum simile huic.  
Animal non est rationale, Homo est rationalis,  
ergo homo non est animal. Vbi major habe-  
sensum præcivium ex parte subjecti, & tunc est  
vera, sed mala consequentia. Nam ut conse-  
quentia teneret, deberet major esse universalis  
negativa: Nullum animal est rationale. & tunc est  
falla. & sic etiam falsa est hoc: Nullum Depo-  
situm potest esse rei immobilia. etiamdem densus, depon-  
itum voluntarium non posse esse in re immobili.  
Vides, quād facili decipi possint, qui Logistic  
ignorant.

792. Objiciunt 3. Contractus semper  
est ad minimum inter duos. Sequestrum potest  
ab uno solo litigantium constitui, ut habetur l. 9.  
§. Labeo. ff. de dolo. ibi. [Si oleum tuum, quia  
suum defendas Titus, & tu hoc oleum depo-  
sueris apud Seicum, utis hoc venderet, & pretium  
servaret, donec inter vos dijudicetur cuius ole-  
um est, neque mandari, neque sequestrari Sei-  
cum convenire potes, nondum impletâ condicione]

ne depositionis: de dolo adversus Titum agen-  
dum.] 2. Negando minorem, ad quam pro-  
bandam incepit prosus adducitur hic texus,  
quasi vero non inter deponentem & Seicum se-  
questrum contractus celebratus esset, qui utique  
sunt duo & non unus. Etiamfi Seius non con-  
sensit. Ceterum, lex non dicit, Seicum non  
consensit, nam si nullo modo consenseret, non  
sufficeret validum sequestrum, ut omnes fa-  
tentur: & sic obiectio procedere de subiecto  
non supponente. Dicendum igitur, supposito  
quod revera fuerit sequestrum, Titum quoque  
consensit, ut apud Seicum deponeretur. Quod  
autem sequestrum requiratur, ut res à pluribus  
deponatur, constat ex ejus definitione, & Iuri-  
bus apertis. sufficiat lex 17. ff. h. t. Licet iam plus  
quam unus deponere possint, attamen apud se-  
questrem non nisi plures deponere possunt.

Objiciunt 4. Sequestrum necessarium se-  
pè in æde sacra deponitur, vel in loco publico.  
atque cum æde sacra non contrahitur, nec cum  
loco publico. Ergo sequestrum necessarium  
non est contractus. Argumentum nec tyrone  
dignum. Quasi vero non essent administrato-  
res, & Propositi Ecclesiistarum, qui depositum se-  
questrari permitunt. Cum his utique potest  
heri Contractus. Sed nunc de Sequestro spe-  
cialius agamus.

## CONTROVERSIA III.

## De sequestro in specie.

## SUMMARIUM.

AN Sequester per sequestrationem sit possessio.  
793.

Conciliatio legis 17. §. 1. ff. depositi. cum lege 39.  
ff. de acquir. possessi. 794.

Solvuntur argumenta Connarii. 795.

Quousque licet Iudici discernere sequestrum necessa-  
rium. 796.

An solum habeat locum in sequestratione pecunie non  
facienda prohibito sequestrandi. 797.

An etiam Iure Canonico prohibeatur. 798.

Solvuntur argumenta adversariorum. 798.

An sequestrum faciliter admittatur in mobiliis.  
799.

Primus casus quo licita est sequestratio Iudici ex lege 7.  
ff. qui satisfacere. 799.

Secundus casus ex lege 1. §. 1. C. de affectuar. 800.  
Tertius, ex lege 5. C. quorum appellatione, non  
recip. 801.

An in his casibus etiam fructus sequestrandi. 802.

Quintus, ex Conf. Carol. V. 803.

Sextus, ex Clement. un. de Iequestr. poss. 804.

Septimus, ex capite 2. de dolo & consumac.  
805.

An litiganti non habenti determinata fint alimenta ex re sequestrata pendente lite. eod.  
Ad quid obligetur Sequester. 806.  
An oblatia idonea cautionis si relaxandum sequestrum. 807.  
Quomodo Sequestrum finiatur. 808.  
Quoniam actio competat ex Sequestro. 809.  
Quomodo sequestrum differat ab arresto. 810.  
An prohibitio sequestrationis super sit aliud remedium pro securitate actoris. eod.

793. QUÆRITUR 1. An sequester per sequestrationem fiat possessor, ita ut deponentes transferant possessionem in illum, ipsi vero desinant possidere, adeo que usucapio ipsius non currat. Imprimis Iure Bavarcico L. R. tit. 19. a. ii. videtur requiri, ut partes expresse convenient ut usque ad finem iudicij neutra pars possideat. De jure communii ergo loquendo,

Exstant in Digestis duo textus in speciem sibi ad modum contrarii, multaque negoti scilicet plurius interpres ante hac, nunc autem RR. in eorum conciliatione ferè converniunt.

Primum ergo textus est ICti Florentini in lege 17. §. 1. ff. h. t. ubi videatur clare poni affirmativa, nempe quod tractat possessionis in sequestratum. [Rei de polita proprietate apud deponentem manet, sed & possessor, nisi NB. apud item deposita est. Nam iam deinde sequester possideret, id enim agitur ea depositione, ut neutraria possessionis id tempus procedat.] Ita Florentinus. Audiamus jam Julianum.

Iulianus itaque in l. 39. ff. de acquir. poss. Sic statuit. [Int. esse puto, quâmente apud sequestratum deponitores. Nam si omittenda possessionis causâ & hoc aperte fuisse apparatum, ad usucapionem possilio eius paribus non procederet. At si custodiæ causâ deponitores ad usucaptionem eam possessionem videretur procedere.] Quandocunq; ergo non expresse convenire, ut ipsa possesso sit deposita, adeoque interrupta ex parte possidentium, tunc manet & continuatur possesso in ordine ad usucapendum apud deponentem, qui prius verè possederet, adeo ut pendente lite possit usucacionem complete.

Subscribendum est in hoc punto cum compiisse DD. Iuliano, & dicendum quod nunquam possesso acquiratur si queritur, & definiti deponente, nisi hoc expresse convenire, ut ipsa possesso, de qua forte litigatur penes quem sit, sit in sequestratum deposita, adeoque in sequestratum translata. Probarat autem ulterius. Quia ne mo presumitur velle à se abdicare possessionem, nisi hoc manifestetur, est enim possesso ius estimabile, quod nemo censetur jactare velle, quando

non servit ad finem intentum. atqui depositum non requirit hanc possessionis translationem, ut paternum solum in eo quod non est sequestrum, verum etiam in sequestrato necessario, in quo etiam adverbariorum praeciput, ut Barrolus, Salicetus, Felinus, Schneidevvein, Gail, aliquae plures farentur, non transire possessionem in sequestrum, cum unicè fiat custodia causa, ad cavaranda inconveniens, rixas, &c. inter partes, nisi res alteri custodienda traduceretur. ergo nisi deponentes aliquid expresse velint, illud solum agere voluisse censendi sunt, quod est de ratione depositi.

694. Rejectis variis & divinatoriis collationibus quæ apud Nicolam de Passeibus videri possunt, expedita valde est, quam ut dicit R.R. communiter amplectuntur, nempe responsum florentinum non afferre, quod universum possesso transeat in sequestratum, sed tunc solum, quod ipsa possesso utpote litigiosa apud sequestrem voluntarium depositum. Adeoque in textu relate vox deposita, non ad rem depositam, sed ad possessionem (quæ vox immediatoris est) referenda est. Hoc totum autem affirmat etiam Julianus, qui solum magis exprimit, quod partes litigantes debent hoc expresse agere & approbare, quod nolint ipsi possidere, nec ubi remedii possessoria competere, nec usucapionem perficiere posse, dum h. p. p. quod quidem fieri sapient, ad varia incommoda præcavenda, ut dictum est.

Hanc conciliationem Arnoldus Rath c. i. th. 27. confirmat ex eo, quod in lege 17. citata (qua est Florentini) habeantur hæc verba: tunc de omnibus legiester possidet. Cum Apud Eum DISMISSA EST POSSESSIO, que tamen verba in nullo exemplari reperire posui: & si existente, res esset expedita.

795. Objicit Connarus lib. 7. Commissari. Iur. Civil. c. 4. Si possesso non semper transire in sequestratum, scilicet prohibetur servus rem Domini sibi in sequestratum sine consensu Domini ponere, atqui prohibetur *lege pen.* ff. h. t. [Servus tunc pecuniam cum Attio in sequestratum deposita apud Maximinam conditione, ut ex ibi rediretur, si tunc esse probables, si minus, ut Attio redderetur, posse diximus, eo apud quem deposita esset, incerti agere, id est, ad exhibendum, & exhibitam vindicare, quia servus in depositando tunc sibi daturus facere non potuerit.] Sequela probatur: quia servus potest ignorante Domino rem Domini deponere: ergo etiam possit in sequestratum deponere, nisi possesso transferetur. Ad hoc argumentum respondet negando sequestratum, & ad probationem negando consequentiam, & paritatem. Quod possit servus tunc Domini eo ignorantie deponere deposito specificè dicto, hoc est, non sequestro, habent L. i. §. 27. ff. h. t. Non solum si servus meus, sed & si

### Contr. III. De Sequestro.

is qui bona fide mihi serviat, rem deposuerit, æquum est ei duci misericordiam, si rem ad me pertinetem depositit. Quod autem ex hoc non valeat consequentia ad sequestrum, & servu non sit permisum deponere res Domini apud sequestrum, probatur ex generali regula, quod servus potest Domini conditionem facere meliorem, non autem deteriorem. L. 133. ff. de R. I. Melior conditio per servos nostros fieri potest, deterior servus non potest. Iam vero, etiam si non transferret possessionem in sequestrem, adhuc tamen deponendo apud sequestrem faciet conditionem Domini peiorum, qui adhuc Ius Domini peius faceret, & dicitur in lege 33. ian. recitata: nempe quia per hujusmodi sequestrum Dominus impeditur rem sequestratum vindicare, vel agere ad exhibendum: cogere enim expeditæ finem iudicij, & donec adversarius servi succumbet in probando rem suam esse: nam sequestrum hanc in se conditionem habet, ut tunc primùm res redditur, & quidem ei, qui sumus esse probaverit.

796. QUÆRITUR 2. Quousque licitum sit iudicis decernere sequestrum necessarium. & De hoc existare legem unicam C. de prohibita sequestratione pecunie. [Quoties ex quilibet contractu pecunia possulatur, sequestrationis necessitas conquestratur. Oportet enim debitorum primo convinci, & sic deinde ad solutionem pulsari: quam rem non tantum iuris ratio, sed & ipsa æquitas persuaderet, ut probaciones secum aferat, debitörumque convincat pecuniam perituras.] Ita Imperatores Honorius & Theodosius.

Prohibitum est itaque iudicibus sequestratio partibus imponere regulariter loquendo, quamdiu actor non probaverit, alterum esse debitorem.

Dixi: Regulariter loquendo: Nam plures causas excepti sunt, de quibus postea. Ius Bavarcicum L. R. tit. 19. a. 4. iusupserit statutum, ut si extra causas exceptis Index sequestratum imposuerit, & ipse, & pars impetrans sequestratum, debeat à Magistratu superiore puniri, & præterea in expensarum, & damni refusionem condemnari. Circa hanc prohibitionem ulterius.

797. QUÆRITUR 3. An solum habeat locum in sequestratione pecunia non facienda, vel an etiam prohibetur aliarum rerum, imò ipsius rei litigiosæ sequestratio. Ratio dubitandi est, quia textus, imò & ipsa Rubrica tantum loquitur de pecunia. Nihilominus ex recepta Interpretum sententia extendit ad aliarum etiam rerum sequestratum, ob rationis paritatem, quam paritatem agnoscit implicitè ipsa lex, dum ait: *Ipsa equitas persuaderet, ut probaciones secum aferat, debitörumque convincat pecuniam perituras.* Et Ius Bavarcicum aliam rationem influat, quia generaliter prohibitum est, processum ab executione inchoari. Ratio æquitatis eleganter

Christ. Haun. de Just. Tom. IV.

ulterius declaratur ab Arnoldo Rath th. 28. primum, quod affirmatio aposita, qui intendit rem peritam sibi deberi, nihil in re ipsa mutet, si falsa est: cum igitur fieri possit, ut sit falsa, nec certe de ea qualis sit, ante subsecutam probationem constare queat: æquum est, propter eam nihil in lute rei conventi immutandum esse. Deinde cum actor sibi intendit deberi, & reus negat, neutrino probante quod dicit, haecenus appareret, utriusque parem esse caufam, indeque meliorem manere conditionem possidentis, aut potius parem esse effectum causa apud utramque partem, ut qui prius non possideat, nec jam possessionem adipiscatur, qualis est actor: & econtra antea possidentis, etiam nunc possessionis commidis fruatur, qualis est ipse reus. & hoc sensu accipendum est, quod in lege 128. ff. de R. I. caverit: In pari causa professor potior haberi debet, nempe ut suo loco maneat possessio, ut dicitur §. 4. Inst. de Interd.

Non solum in em Iure Civili, sed etiam Iure Canonico hujusmodi sequestratio in cap. 2. de sequestrat. poss. & fructum. improbari patitur. Verum, his locis potest ad adversarios (qualis est Cuiacius, & Fornerius) facile eludi, quod fuerit ibi specialis causa tollendi de sequestrum, nempe abusus in distrahendis fructibus: nam cum de sequestribus relatum est, quod fructus medio tempore perceptos pro suo distrahant libet voluntaris, subiungitur: [Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, facientes fructus sequestrati prædictos, si quid de ipsis per eos diffactum inveneritis, in statum pristinum revocetis.] Ergo si non fuerit ita, & nihil fructuum distrahit suis, non improbata suscit sequestratio. Et ita hoc capitulum videtur mihi intellexisse etiam Vivianus in suo Rationali, ut legenti pater. Vnde subiungit, casum hujus capituli esse unum ex exceptis à regula generali, quia sequestratio prohibetur in lege un. C. citata, quod idem dicendum est de calo qui habetur in c. i. b. ratione scandalis revocatur mandatum de sequestro. Quare Harrprecht, Vidman, & ante hos plures alii minus recte mihi suppōnere videtur, ex hoc capitulo probari indubitate probitionem sequestri.

798. Sed videamus, quibus argumentis adversarii inducantur ad negandam hanc prohibitionem, saltē loquendo de sequestratione aliarum rerum, quam pecunia. Et quidem quod ad primum & præcipuum argumentum jam est responsum, nempe quod non obstat, textum loqui de sola pecunia. Accedit, quod in lute sapient etiam corpora veniant nomine pecunia, ut habetur L. 178. ff. de V. S. ibi. Nam corpora quoque pecunia appellations continet, nemo est qui ambigat. Cum ergo æquitas prohibet procedat in corporibus, quæ ac pecunia numerata, nihil obstat, quominus in lege un. corpora quoque nomine pecunia comprehendantur.

Obj

Kk

Objiciunt 2. Imperatores in d. l. un. loquuntur de debito ex contractibus; talia autem debita debentur solum actione personali, & non reali. Ergo non prohibetur sequestratio rerum quas ador petit actione reali. *q. ex dictis:* non proprieta restrixi, prohibitionem ad illas tantum actiones personales, quia aequitas & ratio est eadem, & per vulgaria, ratio est anima legis, & aequitas ius supplet. atqui ubi est eadem ratio, quia in ipsa lege ponitur, ibi debet esse eadem iuris dispositio.

Objiciunt 3. Quia ordo titulorum praecedentium & subsequentium videtur indicare, quod lex tunica tantum loquatur de sequestro pecuniariorum. *q. 1.* Ordinem titulorum non est tam accuratum, ut quidquid inde concludi possit: quod non est opus probare, cum cuiuslibet in iure versato hoc facili, & sepe dolehter innotescat. *q. 2.* Cum Haiprechti, qui in modo ex ordine titulorum libri 4. portius constitutum sententiam confirmari. Siquidem in titulo de Suffragio qui immediata piceedit sit de sequestro, non solum tractatur de rebus, pondere, numereto & mensura consistentibus, suffragi causa datis, verum etiam de ceteris corporibus, tam immobilibus, quam mobilibus, & le moventibus. Item titulus de Condict. indebiti immediate sequens, omnes omnino res, immobiles, mobiles, & le moventes complectitur, exque omnes in conditionem indebiti veniunt. Et ergo, vel certe videri potest mera libido novitatum introducendum, & contradicendi, hujusmodi nimis queritis argutias a communione doctrina divortium facete. Cujusmodi est etiam illa divinitatior subtilitas de correctione legis 1. Codicis Theodosiani, quæ lege in uno casu admittetur pecunia sequestratio necessaria: ergo, inferunt, hunc casum voluit lex un. Codicis prohibere, concedo hanc consequientiam: quid inde? ergo nullum alium casum? inepita consequentia: quia vero lex correctio non possit se extendere ultra id, in quo contradicit formaliter antiquiori legi.

Objiciant 4. Quilibet est rei sui moderator & arbitrus: ergo ador, qui dicit rem esse suam, potest petere sequestrem, & eis illi prestandum. Distinguunt antecedens. si confit, absque contradictione, rem esse meam, possum pro libertate ea disponere, concedo, secus nego. Et retorqueretur. Nam & reus qui possidet, dicit esse sibi ius possidendi: ergo hoc recusat sequestrum, debet omitti. ex ergo bellum urinique justum, si bona esset argutio adversariorum. sed hoc est absurdum: ergo possessor est in possessione tenuendus.

Objiciunt 5. Et conantur ostendere, diversam esse rationem, ob quam debebat prohibiri sequestratio pecunia aliatumque rerum in quantitate consistentium, non item aliorum cor-

porum, nempe, quia alia corpora possunt petire, nisi sequestrentur, non item quia in quantitate consistunt. Sed nescio, quo sensi dicant, quantitate non posse perdere. Verum, quoconque sensu id dicant, negatur suppositum argumenti, quia hic sit praeceps finis sequestri necessarii. Principis illius finis est, ne actio redditaria inanis & elatoria, si forte debitor rem litigiosam absumet, & sic fieret non solvendo. hic finis in omnibus procedit, & ideae pati passu in omnibus est admittendum sequestrum, sed non nisi postquam actor ius suum probaverit, & de debito constisit.

799. Dixi supra esse casus aliquos à communia regula & probatione sequestri necessarii exceptos, quorum principios, & in iure frequentius occurrentes referam. Et universum quidem dicendum est, facilius hujusmodi sequestrum admitti in actionibus, quibus res mobilis peit, quam quibus res immobilis, quia in rebus immobilibus non est tam facile & frequens interversionis periculum, atque in mobilibus.

Primus casus sumitur ex lege 7. ff. Qui satiare cogantur, ubi §. 2. dicitur. Si satiate datum pro re mobilis non sit, & persona suspecta sit, ex qua satis desideratur apud officium depositi debet, si hoc iudicetur, donec vel satisfactio deetur, vel lis finem accipiat. Ex quo textu colligitur Interpretis cum gloriosa, quod si ex persona litigantis periculum sit, ne vel cum re aufugiat, vel rem diliperit, &c. sequestranda sit res litigiosa. Et quidem Iure Bavatico habetur hic casus magis expressus tit. 19. a. 4. ubi ponitur primo loco: si periculum esset, quod possessor rei litigiosae tempore litis rem litigiosam dilapidaret, vel abfueret, vel interire sineret, &c. Portò, non sufficit, ab auctore dici personam taliter esse suspectam, sed debet hoc probare. Et ita observari in Camera Spirensi testatur Gail lib. 1. obsrv. 147. apud quem plura de hoc videri possunt.

800. Secundus casus colligitur ab Interpretibus ex l. 1. §. 1. C. de afferzione tollenda. ubi dicitur. [Super peculio etiam corum, vel aliis rebus aut causis veterum defensionis observationem tollimus: praeципentes corum tantummodo peculia, qui ex possessione servitutis super libera condicione litigant, aliasque res quæ vindicantur, in iure pro dispositione Iudicis collari.] Itaque si Dominus in servitutem revocat eum quem pro mancipio possederet, sed is in libertatem proclamat, servi peculium est sequestrandum, donec de libertatis causa fuerit iudicatum. Ratio est, quia licet servus Domino iuputo possessor restituendum sit, & quoniam tamen non est, peculium eidem Domino tradi priusquam docuerit, se Dominum esse: ut tamen utrique consularus, in sequestrum deponitur.

801. Tertius casus defumitur ex lege 5. C. Quorum appellations non recipiuntur. [Ab executione appellati non posse, fatis & Iure & constitutioni

cionibus estrum est, nisi forte executor sententie modum judicationis excedat, à quo si fuerit appellatum, executione suspensa decernendum putamus, ut si res mobilis est, ad quam restitendum executor opera fuerit induita, appellatio ne suscepit, possessor res eadem detrahatur, & sequestro idoneo collocetur, reddenda ei parti, pro quo facer cognitor judicaverit. Quodsi de possessione, vel de fundis execucio cessaverit, & eam suspenditur provocatio, fructus omnes, qui tempore interposita provocatiois capiti, vel postea natu erunt, in deposito collocentur, jure fundi penes eum qui appellaverit, constituto. Itaque si debitor jam condemnatus (sententiâ jam in rem judicatam progressâ) ab excessu executionis appellaverit, appellatione receptâ res litigiosa est sequestranda.

Circa hos casus insuper addendum est, etiam fructus rei immobilia sequestrandos esse, si à possessor dilapidantur, aut dissipantur. l. 21. §. 3. ff. de applicationib. recipiend. [Idem (Imperatores) rescriperunt, quamvis usitatum non sit, post appellacionem fructus agri, quod disceptatio sit, deponi, tamen cùm popularentur ab adversario, & quoniam sibi videtur, fructus apud sequestres deponi.] Semper autem subintelligendum est, nisi possessor de dilapidatione superficius, idoneam cautionem præstaret, quod quidem Iure Bavatico constitutum est. 19. a. 1.

802. Quartus casus (qui Iure Bavatico est tertius, nam hoc iure tantum tres casus admittuntur: primus de periculo depopulationis, vel dilapidacionis: secundus de suspecto de fuga: & tertius jam referendus) est, si utraque pars litigantium contendat se possidere, & subficit armorum periculum (ut faciliter apud Illustrates immediata Imperio subjectos) tunc potest fieri rei litigiosae sequestratio, ut haber. Constitutio Caroli V. & Ferdinandi super litigiosam momentaneam possessionem in Comitiis Vormatiensibus & Augustaniis, Anno 21. 48. & 55. promulgata. Hoc ipsum tamen Iure Bavatico a. 4. ita limitatur, ut non sit ad sequestrum veniens, sed si circa possessionem litigiosam momentaneo iudicio possessor decidit possit, inhibitione facta succumbenti, ut victorem in possesso momentaneo iudicio obtentâ nullatus turbet, vel molester, donec in plenario iudicio possessor judicetur.

Quodsi unius possessor certa sit, & alius eius turbet, etiam subficit armorum periculum, non est facienda sequestratio, cùm nemo ob alterius contradictionem nudam suâ possessione privandus sit, sed Superiori competit alii remedii turbatore compescere, & possessorum in possessione tueri. ]

803. Quintus casus colligitur ex lege 20. C de Agricolis & Censis. Quando inter Dominum & Colonum est lis de domino rei, quo ca-

Christ. Haun. de Inst. Tom. IV.

Kk 2

si, si colonus tecum veritatem de restituendis fructibus

fatis dare, fructus sequestrandi sunt. Hec est summa illius legis longiuscula. Cui tamen videtur esse contraria lex 25. C. de ducato & conduto. ex qua videtur inferendum, sequestro ideo

non esse locum, quia colonus seu conductor seu

census non potest Domino, aut locatori quesi-

tionem dominii refere, sed debet prius posse

sitionem restituere, & postea de proprietate litigare. Pro conciliacione respondent communis Interpretes, hanc posteriorem legem procedere, quando de locatione constat, nec eam colonus diffidet; priorem autem loqui de causa, quo colonus negat, & rem habere à Domino, neque alterius de locatione constat, quia ex afferzione domini seu locatoris, & tunc ad sequestrum procedi potest.

804. Sextus casus est, quando duo super beneficio litigant, quorum neuter per triennium pacificè possedit, & à sententia fuit appellatum. Clemenciam unicam de sequestri possit. [Ad compescendum litigantium malitias definitus, ut una contra possessorum definitiva sententia super beneficio apud sedem Apostolicam duntaxat in territorio vel possessorio promulgata beneficium ipsum, etiam si dignitas vel personatus existat, & curam habeat animalium, à possessori hujusmodi (dum triennio pacificè ab eo ante possessorum non fuerit) per loci ordinarium apud aliquam personam idoneam sequestrerit, quæ plenam de ipso & debitam curam gerens, id quod de fructibus ipsius (debitis ejusdem super portatis oneribus) superesse conterit, illi restituit, qui finaliter in causa victoriā obtinetur.]

805. Septimus casus definitus potest ex c. 2. de Dolo & contumacia. ubi dicitur, mitius acutum esse cum contumaci, per sequestrum, cùm potuerit adversarius per primum decretem mitti in possessionem, quod fuisse durius. Vnde colligitur, ita fieri posse cum eo, qui contumaciter abest ad iudicium vocatus. Ceterum, in hoc capitulo illud sequestrum incidenter referitur, & nec approbatur, nec improbatur. Est tamen bona ratio à majore ad minus. Si enim iudex potest id quod est durius, quidni possit id quod est mitius?

Omitto referre alios casus, quia Iura vel possunt intelligi de sequestro voluntario, vel debent revocari ad unum ex dictis, vel loquuntur non de sequestro propriè dicto, sed de curatore honorum, qualis habetur in lege 1. §. 10. ff. de Collat. bono. [Si frater caveat non possit, curator portionis eius constitutus, apud quem referata pecunia collocetur, ut tunc demum recipiat, quod redactum est, cùm bona propria conseruerit.]

QUÆRITUR nunc 4. Si facta per Iudicem sequestratione, pars litigans quæ sequestrum passa est, non habeat aliunde compre-

hendit.

tem sustentationem, nec unde litis expensas solvere possit, queritur, inquam, an litis adhuc pendente, ei sumptus ad item & necessaria alimenta ex parte litigiorum sequestrata sint suppeditanda. *re.* affirmativè cum communè sententia. Ità sicut sequitur suaderet, neque altera pars potest conqueri, tum ob litus incertitudinem, tum quia hoc ipsum illi præstareatur, si in cum causam deviceret.

**306. QUÆRITUR 5.** Ad quid legi queritur obligetur. *re.* Generaliter ad id teneri, quod vir bonus in re aliena administranda sollet præstare, est enim constitutus depositarius à iudice. Teneor ergo rem depositam diligenter ac fideliciter custodiens, nequid ipsius dolo aut latè culpâ incommodi capiat. Item retinet colligere fructus, eosque alioquin periculosos, distrahere, pretium inde collectum, si comandè possit, pro usuris credere, reddere rationes, ac lice finita vincenti rem sequestratam cum fructibus restituere. In modo iure bavarico art. 2. videtur amplius quam communis depositarius obligari, dum obligatur ad transgrediendum cum parte lœsa per notabilem negligentiam. Quare ad minimum videtur illi levis culpa præstans.

**307. QUÆRITUR 6.** An oblatâ idoneâ cautione de re litigiosa conservanda & restituenda sit relandum sequestrum. *re.* Affirmativè, per texum suprà relationem ex legi 7. §. 2. ff. *satisfactio cogantur*, quod tamen intelligentiam est, si per satisfactiōnem æquè bene contractum est ad versari, ac per sequestrum. An autem, deficiente cautione seu satisfactiōne idoneâ (qualis de jure est qua sit vel pignoribus vel fiduciis datis) etiam admittendus sit ad juratorianum, magis dubium est, & affirmativa à gravissimis viris apud Harppr. ch. relatis n. 169. defenditur, si sit vir integræ virtutis, ac probata existimationis. Mihi tamen res est valde dubia, mallècum dicere, invito adversario non posse admitti. Neque moveret texu legis 1. §. 2. C. de assert. tolli, quem Hunnius adducit. Loquitur enim de cau in quo est specialis ratio labore libertatis, & sic haberet. [Omnis vero qui pro libertate periclitans, si quidem possumus fidei præsumere, cum exigi. Sin vero revera datio eius impossibilis est sit, hocque judici manifeste ostendatur, iuratoria causione committi.]

**308. QUÆRITUR 7.** Quomodo sequestrum finitur. *re.* Finiri 4. modis. Primo per litus terminacionem, quando videlicet sententia lapsu fatalium, hoc est, intermissa appellatione, transit in rem iudicatum. Secundo finitur, si ex justa causa à iudice approbata sequester renuntiet sequestrum: qui modus finiendo describitur in l. 5. §. 2. ff. h. t. [Si vel liti sequester officium deponeat, quid ei facientur liti sit ait Pomponius, adiace eum Prætorum

opere, & ex eius auctoritate denuntiatione facta his, quicunque elegerant, ei rem relatuendam, qui praesens fuerit: sed hoc non semper verum patet. Nam plerumque non est permittendum, officium quod scilicet iuscepit, contra legem depositionis deponeat, nisi justissima causa interveniente: & cum permititur, raro ei res restituenda est, qui venit (ad. s. 1. qui coram iudice comparuit), sed oportet eum arbitrii iudicis apud eadem aliquam deponi.] Qui texus est videatur loqui de sequestro voluntario, eo quod loquatur de sequestro electo à partibus (quamvis revera talis electio non pugner cum sequeficio necessario, quia posset iudex cogere ad aliquem eligendum) tamen multò magis debet intelligi de sequestro necessario, nam officium ex mandato magistratus suscepit, non potest sine hujus consensu deponi. In voluntario tamen sequeficio non dubio quin parium consensu, etiam absq; urgente causa posset rem sequestratam ipsi partibus restituere: nec enim voluntibus fieret iuris. Tertiò finitur sequestrum purificata conditione sub qua facta est sequestratio, vel adventiva die in quibus litigiorum fuit à sequestro accepta. Quartò finitur morte sequestris, si quidem persona industria electa est.

**309. QUÆRITUR 8.** Quenam actionem contra sequestrum competit. *re.* Conformati & cum proportione ad actiones ex deposito specifici descendentes (de quibus infra) daturatio depositi sequestraria directa, & contraria. Directa competit vitori in causa controversiarum, adversus sequestrum, ut rationes redat, tempeste restituat cum omnibus causa, h. e. fructibus, accessionibus, &c. perceptis. l. 5. §. 24. ff. h. t. [Ex ideo & fructus in hanc actionem venire, & omnem causam, & partum, dicendum est, non nuda res veniat.] Quod si nihil convenit, ubi res exhibenda sit, denuntiantur ei, ut apud Prætorem exhibeat, inquit Vlpianus l. 5. §. 1. ff. sed, quod intelligendum, si res est exhibenda nec nuda lute finita. Datum etiam haec actio contra heredes sequestris l. 12. §. 2. ff. h. t. [Cum sequestrum recte agetur depositi sequestraria actio, quam & in heredem ejus reddi oportet.] Ad heredes parciū etiam transeat confitit ex generalibus.

Contraria depositi actio sequestraria datur sequestris, ad conqueffendos sumptus & damnum. l. 5. pr. ff. cod. *Ei apud quem depositum esse dicetur, contrarium iudicium depositi datur.* Datur etiam heredi sequestris, & contra heredes sequestrum.

**310. QUÆRITUR 9.** Quonodo sequestrum differat ab arresto. *re.* Hunnius 4. differentias enumerat q. 11. in Tract. 1. Arrestum ab impediendo & interdicendo nonen habet. Sequestrum à fide & conventione. 2. Sequestrum, non item arrestum est species depositi, cum non

### Contr. I V. Qui possint Depositum contrahere.

261

non sit contractus, sed manum injectio. 3. Arrestum non fit custodiz causa, sicut sequestrum. 4. Arrestum non tantum exercetur in rem, sed etiam in personam quæ tamē: item in rem non litigiosam.

**QUÆRITUR 10.** An quando sequestrum estiuxa superioris dicta prohibitum, super aliud remedium, quo confutatur securitati auctoris. *re.* Solere fieri inventarium, in quo notarii describunt res omnes & singulas, ne vel perdantur, vel subtrahantur, vel denique ad eum effectum, ut auctor ab onere probandi, tales res, sublevetur.

Éadem descriptione (inquit Arn. Rath. 37. c. 1.) immo & nonnunquam idonea cautione in Bavaria opus est, si quis vel summario institutus præcessu, vel altius coram amplissimo Autocoñistorio, v. g. in petitione hereditatis, vel in alio universalis iudicio succumbens, executionem aut in ordinatio, aut testifizio iudicio sperat retractandam. Ita ille. Et hoc de sequestro. Nunc ad depositum in genere redeamus.

### CONTROVERSIA IV.

Quenam persona depositum contrahere posse.

### SUMMARIUM.

**A**N domino acquiratur actio ex depositione facta à servo. 811.

*An Pupillus possit deponere, vel depositum accipere.* 802.

*An Clericus vel Religiosus possit esse depositarius.* 813.

*Quid in Religione Societas Iesu constitutum sit.* eod.

*An fur habeat actionem depositi.* 814.

**E**stiterum Regula generalis de genere permissionis, omnes illos posse adiuvare & passivè depositum contrahere, qui non prohibentur. De his ergo videndum est.

**811. Dubitari posset 1. de servo, & ratio dubitandi est, quia servus actionem acquirere non potest. Nihilominus favore domini constitutum est, ut ex depositione à servo facta, domino adiuvare acquiretur l. 1. §. 17. ff. h. t. [Si servus meus deposituet, nihilominus depositi habebo actionem.] §. 30. [Si servus deponat, sive vivat, sive decederit, utiliter dominus hac actione experietur: ipse autem servus manum illicum non potest agere: sed & si fuerit alienatus, adhuc competit actio ei cuius sive servus cum deponeret, initium enim contractus spectandus est.]**

812. Dubitari posset 2. de Pupillo ratios usum habente (qui ad omnem contractum requiritur) an deponere possit, vel depositum accipere. Quoad 1. respondetur affirmativè. Nam ut alibi traditum est, pupillus potest etiam ab ipso tutoris auctoritate ubi alium obligare tunc, quando ipse nullam obligationem in testipicit, & nihil iuris amicit: quia meliorem factum poteſt conditionem suam, non determinarem. Atqui deponendo nihil iuris amicit, sed jus acquisit, quia auctorum obligat, Ergo, &c.

Dicit aliquis. Potest pupillus eligendo periculosum depositatum per imprudentiam sibi grave documentum afftere: sicut ergo ob hujusmodi periculum non permititur illi credere pecunias, ita nec doberet permitti deponere. *re.* Tale damnum non provenit formaliter ex voluntate contractus, sed ex materiali depositione: hoc est, perinde sequeatur, etiam contractus depositi non esset magis constitutus pupillo, quam si valeret depositum? immo si valeret, est magis consultum, quia acquirit obligationem. Itaque depositarius est etiam obligatus pupillo, sed pupillus non obligatur depositari, nisi in quantum locupletior fieret. Sed de his suis loco dictum est. trax. 8.

Quoad 2. Pupillus depositum ab ipso tutoris auctoritate recipere non potest cum factum ne obligetur, nisi in quantum locupletior factus est ex tali attentato contractu, vel dolum commisserit. l. 1. §. 15. ff. h. t. [An in pupillum apud quem sine tutoris auctoritate depositum est, depositi actio derit, queritur. Sed probari oportet, si apud dolii mali jam capacem depositueris, agi posse, si dolum commisisti: nam & in quantum locupletior factus est, datur actio in eum, et si dolus non intervenit.]

**DUBITATUR 3.** Si religiosus aliquid deposituerit, cum ipse non possit nisi nomine in iudicio rem repeteret, an nihilominus ipsi depositum recte restituatur: quod ipsum queritur de servo, & filio familiæ. Respondent Bartolus in legem 11. ff. h. t. mox referendam, Bald. ad Rubr. C. eod. tit. n. 1. Tiraquellus & alii, posse tuto reddi depositum, etiam ab ipso auctoritate Abbatis, vel domini. At quod probandum addicuntur texti legis citatae, que sic habet. [Quod servus deposituit (Religiosus/servus comparatur) is apud quem depositum est, servus recte simile reddet ex bona fide: nec enim convenit bonae fidei, abnegare id quod quis accepit, ac debet reddere ei à quo accepit, si tamen si fine dolo omni reddat, hoc est, ut ne culpa quidem suspicio sit. Denique sapientia hoc explicavit adiende: sicut ulta causa interveniat, quare putari posse, dominum credi nonesse.] Hoc ita est, si suspiciari potuerit, iustitia cuius contractus spectandus est.]

Kk 3 813. D. II.